Incipit tractatus de penitencia. Prefatio seu prohemium huius operis.

Quoniam in libello de exemplis naturalibus a me scripto dictum de penitencia quedam parua tum sit materia eius valde lata predicacioni aptissima et conuersioni peccatorum vtilima sicut cotidiana probant exempla. Ideo dignum duxi. Iesu xpi iuuante me gracia seu potius omnia faciente. illis que ibi sunt scripta superaddere ista pcti tractatulo annotanda. Sed est diligencius attendendum me hic quamplurima replicasse quibidem me retolo dixisse. Siquidem hac de causa sicut puto quia forte contiget aliquos hunc obtinere tractatum qui pueniire nequibunt ad primum. Quare ne materia tam nostre salutiaccomoda hic et ibi maneat ipsa frauda quedam si tum non aliena aut alia inde statim assumenda vt sic habeat aliquis notitia de prima pdimenda. Verumtamen si ex hoc illoque tractatulo fiat vnus quoddam conficiet antidotum aiarum pnosum ac quoddam sanatiuum vnguentum quod dum pdicantis ore attinget cor humanum transiet in spiritum compositum totius hominis curatiuum.

Quot in omnibus que scribunt, medium est tenendum. Primum capitulum.

Incipit prologus huius libri.

Cum quia omis virtus sicut in ethycis docet phus ab indigencia et superfluitate corrumpit sic in dictandis cauendum est ne quid nimis sit aut ne quid parum iuxta sententiam olim antiquorum. Itaque xpo ihesu duce vtrumque relinquens extremum iter paucum et nimium amplectere desidero medium. eo quod plexitas nimia legentibus fastidium pariat breuitasque illi contraria nubilum intellectum inducat ne sic isto medio obseruato sciendi appetitus extinguat sed potius salubrem exitet ac incendatur. Exemplum ad hoc est homis nimium famescentis. cum si comedendum quid modicum tribuatur dum suptum ab imiato calore sub momento consumit fames non extinguit sed auget. Vel vt si febricitanti ac nimium sitienti. atque per modica stilla bibenda tradatur. Vel vt si fornaci ardenti aqua modica immergatur quam aim calore consumit quam a flama vorante tangit. Sic et nos consimili dum quis nimium aliquid scire cupit et sic modicum septum de eo incit vt ad eius pfectam notitiam peuenire non possit animus veiter auidus non quiescit sz solito amplius indesit. Ob quam vtique causam Vencabilis vir Samson dum adhuc paganus existeret cum in versum vnum psalmi incidisset. Aspergesme dne ysopo et mundabor. nec ad eius sensum pingeret sine cibo esse repudiet potius quidem volens moriq non attingere sensum verbi. Omnis homo teste phio naturali sic desiderat nec vnquam ab aia desideium tle cessat donec quod quit attingat. Quae concludere licet ex dictis quod omne quod scribit dz esse legentibus aptum non longitudine dania diffusum nec obscura breuitate confusum sed inter parum et nimium medium tenens locum ne plexitas vt dictum z nimia fastidium legentibus pariat sed nec nimia obscuritas subterfugiat intellectum. Nam vt Boecius nr ait. locus medius omnibus tutus est. Quot primo faciendum est quod docendum.

Capitulum secundum.

Deo tm suo et bm suo quod scribere me non deceret si ad hec xpi caritas me non moneret vtilitas proximorum non traheret periculum talenti abscondi non vrgeret. et insuper periculum oim non adesset. cum dicat gregorius quod cum vita despicitur restat vt eius predicatio contempnatur. Deus est nr et saluator nostre vie exemplar et speculum. via

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

et ostium pius repit fare qm doce dns
qm qui fecerit et docuerit. i. pius fecerit
et consequi docuit i celestibus magnus
erit. Unde Ambrosius de dno loquens
ait. Dns sicut bonus sapiensq; mgr
pius fare voluit qm docere vt doctrinam
suam non tam verbis insinuaret qm
actibus exereret et ad fidem nos qm gestu
pair' confirmaet et sensu. Nam et doctores
diffinitur predicatores. Primo qm sit
vir bonus. Secundo dicendi arte peritus.
eo qm docendi auctoritatem no habeat
qui destruit opibus quod edocet verbis
Unde Tulius dicit. Principii ee artis
ipm docere quod facit. Tanta ei est
conscientia oris et manus vt os mch
accipiat quod manus non prius tangat
Doctrina ei sine fro est lra sn sigillo
Gladius ore portatus adversarium nuqm
ledit n fuerit i manu susceptus Unde
artifices mone solet discipulos vt ad
manus respiciant operantes Et multi vt
ipe sum similes sunt sacris pigmentarijs
qui alijs bonu odore prestant et feces
tm sibi conservat. Doliuim vinum optimu
vinum tenet vt alijs pro tre administrat
sed sibi non retinet nisi feces. Nane gra
rientes nichil prer ora retinent extra
renu. Sunt et predicatores tales sicles
consulatoribus qui alior referunt probitates
extollunt q; meita. sed nec ipi pbi sunt
nec aliorum bona meita amulare sata
gunt. Sunt et mlti i castris q alios ad
bellandum ad strenue militandu et
ad adversarios fortiter resistendum cla
moribus mouent sed ipi prelio nuqm
appiquant. Multos campana ad predica
cione vocat sed ipa solo sono contenta
de predicatione non [illegible] Tuba fortit
clangens corda hominu et equior ad
plia incitat sz ipa non bellat. Candela
alijs lumen frt sz ipa nichil conspicit
et tm alios illuminando se consumit
Cymbalum cum nichil audiat ad se au
diendum sepius mlros vocat. Flos vio

le seu rose odorem naribus administrat
sed ipe nichil omino odorat. Cerebrum nichil i se sentiat sensum membris
reteris administrat. Druslus cuncta
videns serpm non videt. Cyphus dul
cia alijs vina ppinat sz ipe ea non de
gustat. Heruitores regum et principum
sepe alijs magna fercula ppparant de
quibus plurimes ipi nichil gustant seu
arripiunt pter fumu. Aruma muli
pariformiter magna docent et predicant
ipi vero no facientes que dicunt solo
vane glorie fumo contenti sunt. Itaq;
hys ex is licet concludere cum no debere
dere qui quod docet negligit adiple
Quot verbum diuinu nullomo est
contempnendu qd a maxio predre narrat
Capitulum tertium

Sed nuqm contempnendu est dei
verbum cum a non faciente
fuerit predicatu. Nuqm du ratione primo
qz a deo est omne verbum a quoqz
est narratu. Secundo qz pt audientu esse
utilimu. Nuqm enim vt primo primu exequ
membru contempnendu z dei verbu
Quod si omne verum dubitas non
esse diuinu te verax arguit argumentu
Nam oes homo z mendax. iux philosophu
dictu vt cum de suo loquitur menda
ciu loquitur ~~mendacium loqt~~ vt docet
doctor eximius augustinus. Ergo quicq
loquitur homo ... verum non est suum
quod loquitur sz diuinu. Aruma sicut
oes ecia ab ecia prima venit sic veri
tas omis a prima ipa veritate descendit
Unde sicut illo verbo apli. Nemo potest
dicere dns Jhesus nisi in spiritu sto glosa
sic dicit. Omne verum a quoqz dicitur
a spiritu sto est verum. Unde eximius
doctor ait. Solus ipe docet i terris qui
cathedram hit in celis. Et hoc z qi
matheo dns ait. Nolite vocari mgri
vnus est ei mgr vir qi i celis est xpus
Nam ipe solus est qui docet hoiem
sriam. Deus ei sriarum dns z vt qd

Os vir accipit quod manus tangit
Similiter

13

14

15

cuzat

primo regum. Nam sicut ad hunc visibilem solem se habet oculus nostre carnis sic ad invisibilem solem se habet oculus rationis sicut in libro de spiritu et anima auctor ait. Sed oculus carnis licet facultate videndi habeat ex natura nullatenus ut expeimentum non fallax ondit hanc visionem assequitur nisi solus visibilis lumine adiuvetur. Ergo nec oculus spiritualis humanus visionem deliceret intellectus lucem ad cognoscendum verum de sua natura sit aptus nullatenus tamen istud assequitur nisi divinis radius fuerit illustratus. Unde dicit Augustinus ondit. Deus in divinis eloquiis dicit lux et ignis lux illuminans intellectum ad notitiam veritatis. Dicebat. Dic in lumine tuo videbimus lumen. Itaque colligitur ex premissis quia a deo est omne verum a quoniam ore sit dictum. Ratione ut Richardus ait idem sit verbum cordis et oris nisi quia in corde nudum ore vestitum. Cum vero non sit aliud quam verbum cordis vestimentum restat necessario argumento conclusum quia ab eo est verbum oris a quo est verbum cordis ex habundantia enim cordis os loquitur. Ratione phos testis voces sunt carum quae sunt in anima passionum notae et constat ex ma per se nota quia quidquid est causa causae est causa causati. Ergo quam ita est nullum verum cum quique ore vilissimo dictum est ab aliquo contemnendum vel ob vilitatem loquentis vile putandum sed cum quis sit aut unde sit attendendum quia non est humanum sed divinum. Nam unde quia Geneta dicit. Prudentis viri officium est non quis loquitur sed quid quis loquatur attendere. Et item de prudentia loquens ait. In dictis non te moueat loquentis auctoritas. nec quis loquitur sed quid loquitur attendito. Depe enim ut experientia certa docet. ex fragili solidum. ex turpi venustum ex aspero lene ex nigro album. ex deformi formosum. et ex vili videmus preter preciosum.

Nunquid mentior. Si extimas me mentiri te arguunt hec exempla ifrius annotata. Nunquid non ex illa primordiali materia informi et tenebrosa omnia mundi fruit corporatum una quia summa tam per spiritia tam formosa tam est radiosa. Nunquid tu vinum naturae amicum debilium confortativum vulnerum sanativum extimas contemnendum eo quia ex vite per medium tortuosa et nigra sit productum. Nunquid aliquis ex hoc rosa est detestanda quia de spina est foris educta. Nunquid desipiatur electuarium sanativum salutis non solum curativum sed est conservativum quia quia ex rebus amaris et vilibus est confectum et tibi ex vili pixide preciosum. Nunquid mel cum sit naturae amicum calefactivum mundificativum et lavativum tibi est contemnendum quia animalis ex ore tam turpis et [illegible] ex floribus est collectum. Nunquid [illegible] natura sit nitidum. sic humane naturae amicum vili pendendum putabis quia ex vbeibus tamen feridis tam turpibus et pilosis eductum tibi est concernis. Nunquid aurum vilipendit et argentum quia ex terra elementorum vilissima est productum. Nec. Et insuper viles hinc lapides preciosi tam delectabiles visu tam preclaris virtutibus adornati quia ex tira vili sunt producti. Quis est tanta genera fructuum granorum arborum florum et fructuum extimat contemnenda quia sunt ex tre humore producta. Nunquid synapum porros et raules quis iudicat contemnendos quos cernit ex semine tam modico et nigro ac pusillo esse productos. Quis nobilissimam margaritam aspectu pulcherrimam maris virtutibus adornatam iudicat contemnendam quia ex vilissima conchula inter alia quae nulla nobis a natura contessa. Depe insuper per tenuissimum strictum et vilem aqua lympida diruitur in ampne

Simile.

Simile.

et per antrū lapideū et aztiq; humi⁹
aque dulcis descendit ī mare / et mag
nus valde ex pio foramine fons erū
pit qui non solum sitis extinctiuū
sed mlīz est egritudinū est curati
uus / Quid sulphure vilius coqz fe
tidius attū aqua ad fontem per ve
nam sulphuris diuinata mlīs est me
dicina salutis sicut pz ī balneis ex
hac aqua confectis / Ex vilissimis
insuper terre venis dulcis ī fontib⁹
aqua surgit fluūm pductiua · tirarū
fecunditiua sitis aride extinctiua ·
germinū nutritiua · vrbium firmatiua
et sordiū corpoāliū extersiua / De ve
tre veneno so tela nō venenosa ex
trahitur cum sit quedam medicina
vulneribus et sanguīs cōstrictiua fluē
tis / Quid pretiosius hodie seriw·
et quid humano vsui vtilius · et tam
de ventre fedi et turpis vermiculi est
eductum similiter et amictus bombicū
aspūbus tam pulcher tamq; visu nro
accomodus ex viridi herba viliqz folli
culo vermis vt plinius dicit qui bom
bices telas more aranearū contexit qs
pedum ministerio facit ex cuiq; texture
bombicinū fit pz sive sit sive sit vtriq;
ad ppositum nostrum deseruit / Dum
ex vili res pīosa predit / Ex sambuco
est turpi et cōtacto flos aromaticus
predit et candidus optimi odoris et
sapidus / Et ex quibusdam cum cā
nis tre sentibus iuxta nylum in
stagnis dulcissimū certe electuarium
fit · scilicet sabara dum fucit suo mō
decocta cuiq; vtus est collectiua · disso
lutiua · ventris humectatiua · stoma
chi mundificatiua · pectoris et pulmōis
lenificatiua · vocis clarificatiua · tussis et
raucedis ablatiua · humiditatis con
sumpte restauratiua vt dicit ysaac
in dietis / Nonne crystallum tam pul
chrū ex vilissimis aquis minalibus
vitrum tam radius pvium ex vilissi
mis ar infructuosis cineribus · et
sal ex quo oīs cibus condit ex aqis
amaris et putridis fiat / Ad
nobilius corpore humano quod est
quodammō finis oīm corporum
mundanorū quod insuper ē ad sū
mam bōitudinem ordinatū quod tū
ex tra non tū sed ex lymo forma
tū est / Itaqz concludit ex pmissis
exemplis q; non semper putandū est
esse vile quod predit ex vili vtute
quod maxīe ostendit esse verum
dum non cui; potēcia vl virtute ex
quo res est educta / Quae cū lucz vlt
concludere q; cū verbum nō habeat
esse suū a loqte sed potius a doven
te et anima illustrate · nullo oīno
mō verbū verū cui; cūq; ē cōtemp
nendum sz sit accipiendum quasi
a deo sū dictū vl diuino ore platū
ne forte dum despicis illud non lo
qntem sed verbi datorē cōtemp ne
videaris / Quia qui cōtempnit vi
ba pīonis · non pīonē sz ipsum fit
iuriam / Dic qui veritatis calump
niatur datori poni q; quā pferēt ver
bum iuriam infert / Cum est scp
tor quicūqz nō sit aliud quā calam⁹
scribē iuxta testimōium pphete dam
tice / Ideo qui scpturā vituperat aut
blasphemat non calamū sz scptoris
pnocat incertia / Hariformiter per
oīa qui verbo veritatis per q; cūq;
est plato detrahit datori potius
q; pferēti videtur iferre blasphe
miam / Itaqz ob hanc causam tan
tor testimonijs exemplorū veritate
vallatum sci viri ac sapientes an
tiqui nō sunt veriti a mimis edo
cere / Quis ei pharaone sublimior
et cui; gentis sapia egypciaca sa

Ē pductus · vl dicitur et erīā ad ppo est q; būbix ē qda

Predit ad ēē sed diuina potius

V. iuria pl. biuriae.

pia ac sua maior fuit ad quam discrendam
plato philus tam sollicite peruenit et
in pharao et sapientes ipius non ven
tur sciam discere a joseph famulo pe
grino pauus denarius sicz triginta
in seruum comparato adhuc tpe puero
carere squalido capite capillorz non
tonso ac vestimentis non rasto Da
uid in cathedra sedens sapientissimus in
tres non est veritus per consilium femine
vilcois fridam filium reuocare in pziam
quem anquirebat ad penam Deus si
milis in sapientia salomonis Et in de
ligno quo quidam fuerat suspendendus
p ruq mozte erat rigmi hierosolomi
tani destruendum per mulierem gentem
lem et extraneam est edoctus Moy
santus vt moyses qui et excellentem
huit ypheie spm et sic loquebatur
ore ad os tum deo tam familiarissimo
modo sicut loqui amicus cum amico:
Et tm a jhetro socero suo viro vtriqz
pagano de magnis rebus et pluribus
est edoctus nec discere a minore est veri
tus a quo ais dei populus docebatur
Non dedignabantur dni sacerdotes le
gisqz mgri a judith vidua edoci Sar
dos ille magnus helyi a puero samuele
no est veritus dni qirere voluntatem
fuit et quidam de patribus in deserto
qui de vxore sua quam in selo dereliq
rat temptabatur nimium Cumqz hoc
patribus alys retulisset ipsi fuerunt ei o
nus pne tam grave eum per hoc de
bilitare volentes. quod ille ferre non
valens incurrit infirmitate sic vt surgere
no valeret cum tm ner sic temptatio ces
saret Cumqz ad locum suum eum visi
tans quidam fr pauper et peregrinus
dei gra declinasset et causam sue infir
mitatis audisset dixit ad eum Si me
paululum et desprm audire volueris nec
verba mea contempseris bni vtriqz tibi
erit Et addidit Dice a te onera istu
tam grauia et suo tpe cibum sume vi
resqz paulatim recuperas aliquid operare
et iacta in dno omem cogitatu tuum cuq
gra et virtute no viribus vllis humanis
vincitur her pugna carnis Quod dm
ille ageret dicta maiorz relinqs et pau
peris consilio fris adherens mox carnis
stimulus conquiescit Ergo no sit fris
verba contemnenda minoris qz sepe
puidentia diuina q oris vitatis est ca
pma reuelat pauri quod maiori sta
tuit abscondendum Unde et ipe dns
in apocalipsi sic ait Confiteor tibi pater
due celi et tre, qua abscondisti hec a
sapientibus et prudentibus. et reuelasti
ea paruulis Ita pr qm sic fuit placitum
ante te Aque ei fluunt ad valles et in
vallibus solares radij congregant Non
de hor quidam sanctus ait Principium sapie
humilitas est Ad quam tria maxie sp
tare videntur Primo vt nullam scptu
ram vilem teneas Secundo vt a nullo hoie
discere erubescas Tertio vt cum sciam
adeptus fueris alios non contempnas
horum quoq quod didicisti operibus ante
tium facere no desistas ymmo ipo fro
adimple studeas Aurulus ei quantumq
natura sit nobilis arboi vili si fuerit
inserentis non dedignat ab illa suscipere
accipere. ac ipm in fructu ppos commutare
Nulla z planta adeo generosa q aria
elementorz vilissima humorem quo viuat
dedignetur assumere ac mediante humo
re ipo frondibus floribus et frib fructi
bus se ornare Murena est nobilis quida
pisis in mari qui cum no habeat masti
lum comparare non veretur a serpente corripi
qz ab eo no contingit aliquid serpentinum
vel prius vllo veneno infectum sz suauita
tem similimum humanis visibus p futurum
Igitur a quocumq suscipiendum e verbum
verum. sicnon sit erroris veneno infectum
sit qz ad fructum ate ordinatum Nam et
fris paulus aplus qui de tanto
in se hospite letabat an ipi expeimenti
gratis eius qui in me loquitur xpus. qui

Deut. 18. a.

Judith 8. c

1 Regis 3. d

a 3

et certus erat se non ab homine sed per re
uelationem xpi accepisse euangelium nr
Venit tum alius hominem referre ne forte
arguereret aut arguerisset in vanum Nam
et ipa sapia dei pris multa a discipulis
suis in euangelio quit. nō vt discerent
qm tuncta fiebat sz vt grē docerent
non a maioribus tm nec tm a iustis
sed ers a peccō infectis Multi documenta
sunt contempnenda prorū. Multi qz
balaam malus fuit et ab auaricia
depranatus eius mala exstitit phetia
tantis prōnis commendata tū sollempni
ter diuinis libris et dictis ipsa Di de
non respuit sz potius requisiuit testiōm
aruoli homis ar mari prōris qs audeat
reprobare de retero verba multitū pcerū
tis Legimus Ioiatū se legisse sex
milia librorū origenis quem tam turpi
errasse conuinci multi et sollempniter
omelias ac dicta sci tenent ac tenet
ecia Quid de apuleyo referā et
porphirio ac platone quorū tam crebro
sūs vtitur doctor eximius augustinus
et tū quos laudat in multis in pluribus vi
tuperat et confundit Nam et ipe platō
nem adeo est seruitus in pluribus vt vi
deat fuisse platonicus et tū eum in mul
tis turpiter aberrasse conuincit Nōne
et versus insuper sybillinos suis cer
minus libris insertos vitatibus magnus
plenos quos sybilla non fecit xpiana
Ergo si nō respuit verū ab hereticis e
narratū sz tota die in manibus pluimorū
verba phorū paganorū versantur multo
fortius non christiānis contempnendū quod
a viro xpiano est narratū quos christi
anes illum malum Nam et balaam phe
ta iam deus non veritus est discere ab asi
na vt sic asine documento diuina effugiet
iam contra se arcus conatum Est
ers valde notabile qm ius asine qm ipi
phete diuinus angelus apparuit et p
phetam per asinam instruere voluit.

vt dum rationale distat a bruto et mag
nus phetam ab asina doceret nullus dor
trinam homis contempnendam ers si
vitam duceret asinam eo qm nō sua
doctrina sz diuina Unde et sapiēs
simus salomon ad sapiam discendam
mittit homies ad formicam Et in Job
scriptū Interroga iumenta et doce
bunt te et narrabunt tibi pisces maris
Dei et maxime mediocres non sunt
veriti a brutis addisce sine considera
re subtilissime et studiosissime vbi
repeire debeant herbas saluiferas
accōmodas medicine Ergo si humilis
corde es si dei seruus es nō vereaī
ris discere a quocūqz nō a mario pro
re non a pecore nō a pisce sz bona
undiqz tibi sume et si videntur non
bona tu tū illa in bonū conuerte Nam
et vinus humorem quē a radice amarū
suscipit in vina dulcia conuertit Oli
ua a radice amara humorem accep
tum suauē vertit in oleum vulnerum
lenitiuū Et vinea eng tudy eundem
humorem acceptū vertit in balsamū iter
ligores marie prosum Ergo et tu si
bona inuenis ad gloriam dei verte si
mala illa in bona conuerte olyue et vi
tis ex Itaqz concludamus ex oibus
supradictis qm nullū verū est homibus
contempnēdum qz a deo sz omne ve
rum qm sepe reuelat pmulis et ab
ueritis qm absconditat a magnis Unde
multi deus nathan minori phete ont
q inclito dauid regi qmus eximius et
ipe phetam relauit Reuelauit et plu
rima Ysaie quā fecerat ezechie et Je
remie qua sedechie Et plura qm a
chab reuelauit mychee et helye Et
insuper valde plura Et ~~plura quā~~
~~achab~~ reuelauit danyeli qm omnibus
sapientibus chaldeorū

Quod non sit contempnendū verbū
diuinū eo qm sit vtilissimum.

Capitulum quartum

Sic igitur patet primo quod nullum verbum verum est contemnendum a deo sit omne verum Dz 2° non est esse contemnendum eo quod constat esse vnlissimum Nam in potentia rationali dotata est ratio sicz cognitiua amatiua et operatiua sed verbum dei veritatis illuminatiue quod ad potentiam cognitiuam et virtutis inflamatiue siue calefactiue quod ad potentiam affectiuam seu amatiuam quod idem est. est et virtutis motiue quod ad potentiam operatiuam. Quod quo verbo vnius quod illuminat intellectum. inflamat affectum et roborat effectum De hiis tribus habet in psalmo Lucerna pedibus meis verbum tuum. et lumen semitis meis Iuram et statuo custodire iudicia iustitie tue. Lucerna quidem calore calet quo pedes affrigidatum adiuuatur est diuinum verbum mentium inflamatiuum. lumen quod humane semite dirigit. et idem verbum intellectum illuminatiuum. Iustitiam quo ad mandatorum obseruantiam quas mouetur est idem verbum diuinum operis perfectiuum

Unde quidam sapiens verbum quodcumque diuinum soli dicit similiuum esse. cum est officium ipsum tenebras effugare per radiorum repercussionem. tras incendere per radiorum repercussionem et ad fructificandum cuncta mouere per radiorum multiplicitatem Nam quia in terra solares radii adimatur et ibi esse detinent ideo tanta in ea rerum generatio producitur Dicit quo sic sapiens Verbum dei est sol illuminans contra tenebras ignorantie est sol inflamans contra frigus malitie. et est sol fructificans contra torporem pigritie Et addit sed oculi infirmitate grauati ab hoc sole auertitur Dole hoc lutum indurat sicut lapis et ideo ex eo non fructificat quia opus domini non acceptat Verbum ei diuinum est hamo similiuum quia nunquam capit nisi capiatur ore ipius piscis Dic et qui verbum audire contemptim ner illud audito corde capit lumen eius non percipit. calorem non sentit et fructum non incitat

Quare vt augustinus ait sicut nullum est maius predestinacionis signum quam dei verbum libenter audire. sic nullum peius est signum quod illud contemptim Qui ex deo est verba dei audit et propterea ait dominus vos non auditis quia ex deo non estis Et ex quo sint statim addit tum dicit Vos ex patre diabolo estis

Quis non libenter bona nouia audit amici quem diligit Quis miser hinc sponsum nimium speciosum toto corde ab ea dilectum. sed ab ea diu non visum non libenter suscipit mutuum ac auribus simul et corde intendit in eum vt ab eo audiat verbum diuinum expectanti Quis et hinc vnicum filium toto corde dilectum quod misit ad bellum ad aduersarios expugnandos non curret audire publicates eius quam strenue militauit quam valide hostem strauit et quod gloriosum fialiter habuit ex hoste triumphum Quis digne narret quam Iacob patriarcha letitiam habuit dum filium suum viuere in egypto audiuit et tire hire diuinum quem credebat a bestia deuoratum Vadam inquit et videbo eum antequam moriar Quam aude fratres ille thabras audire rumores de filio expectabat quod ad patriam extraneam miserat quis exprimere digne queat. Nam oculis meis obuiam illi curritur. pre gaudio quoque plaudit Nonne rex dauid dum contra absalon exercitum misisset totus suspensus expectabat in porta nuntium bona narratem. Iuua nuntiata sunt ex Sed quid curimus per antiqua. Nam et nunc cotidie conspicimus quod dum lire regie bona nuncia referentes mittuntur ad aliquas ciuitates tyrannia

Genesis 45. a

Tob. 11. b

2. Regum 18 c

bula pulsant pcones clamat Et omnes
undiq; cōcurrant mox ad salutationē
regis galee deponūtur de capitibus bur
rete detracta plicantur aculi ad lias
eleuātur et capiūt nimis auide q̄ legū
Ergo tu quomō dicis te deum diligē
summo quō inimicū eius te nō estimas
vere esse qui eius nūcius nō demeris
ab eius pcūribus aures tollis et noua
audire de eo contempnis. Nonne est
qui cibum nō accipit vl' accepta
mox reiicit signū instantis ꝛ mortis.
Qui est cibi non sentit dulcedinem
nulli dubiū est quin gustum habeat egri
et infectum Sic et qui dīna verba nō
audiūt et audita reiciūt ac quibus ipa
verba non sapiunt vl' oino spialiter
sunt mortui vl' prim mori vl' egri
Itaq; supiis posita repetētes dicimus
q̄ verbū dei est illuminatiuū mētis eo
q̄ illuminet itellēm Nam cōstat q̄ fi
des est quēdā lux mētis dirigens aiam
i credendis Vnde ab aplo dicit arguimēti q̄ pcedit
i alis sentēcis facit fidem de dibis
sic i rebus diuinis fides ad credendum
intellēm inducit Ꝛ constat iuxta eundē
aplm q̄ fides est ex auditu auditus at
est per vbum xpi ergo si q̄d quid est
causa cause est et causa causati. si fides
illuīat itellēm cōstat q̄ vbum quod ad
fidem aliquomō causat eandem mētem
illustrat Est go diuinū vbum oibus
illis tribus similimū. quarū est illustre
mundum sicut lux errantes i tenebris
ad viam reducēti. viam deuiantibus os
tendens et insuper tenebras expellens
ipsum soli illi qui sunt lucis iimici subter
fugiūt verbum dei Unde Ꝛ i Johē
Qui mala agit odit lucem et non veit
ad lumen vt nō arguāt opa eius Verbum
ei dei speculo dr simile. q̄ sicut spe
culum detegit oia bona et mala sic diu
nū verbum arguendo detegit vniusa
tem diuinū verbū est cordiū iflāmatiū

quod maxime efficit dum ex flāmigero
corde demit Nam q̄ idem ē verbum
cordis et oris vt sup̄ior iam tertius
edoceut. Verbū oris mortuū esse non
potest quod ex viuo corde predit Ut
contrario viuū esse potest verbū oris
si mortuū vl' frigidum fuerit verbum
cordis Vnde dicitur i ecclasico de he
lya Surrexit helyas quasi ignis et v
bum eius quasi facula ardebat Ipse
Dnō ista vnione sunt cōiuncta vt es
set ipse ignis i corde vt sic verbum
igneum esse posset i ore Dignū est
ei vt bernardus ait vt ex igneo corde
ignea lingua predat Ob quā causā
aplis suis sūis apparuit vt diū int
corda essent flāmanda verbis et lin
guis ardentibus legem ignea aplis oi
bus pdicaret Vere go diuinū vbū
igni credit esse similimū q̄ sicut ignis
penetrat omne metallū sic verbū
diuinū fundtus penetrat cor huma
nū Qui vba sapiētū quasi stimli
et q̄ clauū i altum defixi Et ignis
metallū a rubigine purgat et fri
gus expellens illud sibi et toto assimi
lat Sic et dei verbum quem inuadit
ab eo pm rubiginem tollit quadā vio
lencia ad se quoq; trahit et rapit de
pm frigus ab illo expellit eo q̄ fe
cunde verbo pdicato verbū increati
assistit quod predicta oia opat et
facit Istem diuinū vbum est magno
ꝛ opm efficiū miraculoꝛ opatiū
et cordium viuificatiū ac ad pmaꝛ
conuersiū Ex m i actibus aplorꝛ vbi
ad verbū petri apli tria milia hoim
sunt conuersa Vnde de potencia vbi
hui sic i ysaia hetur Quō descen
dit ymber et nix de celo et illuc vlt
non reuertitur sꝛ inebriat tram et in
fundit eam et germinare eā fit et
dat semen serenti et panē comedēti
sic erit verbū q̄d egr dicet de oe meo.

Cū fer
tore predicēdi

Non revertet ad me vacuum sed faciet quecunque voluerit et prosperabit ad quod misit id
Ecce exiit qui seminat verbum umbre nihil et se
mini quia si semen divini verbi fuit
seminatum in bona terra umbre reli
quie type profusa et in porris nuce conclusa ar
si per quas inpiguinta nobilium et mul
torum fructum eit portatina et maxime
si fuit soli orientali exposita vel ob
iecta Unde dns in matheo quaerans
verbum semini dicit qui si cecidit in tra
bona affert fructum alii centesimum alii
sexagesimum et alii tricesimum vel primum
statum coniugalem tertium continentiam
viduialem quartum castitatem virginalem
Itaque concludamus ex omnibus supradictis
quia cum a deo sit omne verum et divi
num verbum sit tam utilissimum ut to
tius aetatis sit perfectum a nullo est con
temnendum sed totis affectibus am
plectendum a quorumque fonte divinae
tatis in lacum Porcius ecce legit quod scribi
quam damnetur Et siquidem inuen
tum fuit laude dignum ille solus ar
cipiat premium laudis a quo est omne verum
Si quid ante inceptum dampnandum
vel poenis corrigendum nihil tum est in pu
tandum quia dicere bona et vera voluit
sed nequivit et nescivit Nullum ergo subter
fugio correctioris in dictis si tum fecit
in fidelis Quia et ego secum ex nun
omne id iudico esse dampnandum
quod a veritate inventum fecit alienum
Nam iuxta sanctam doctoris eximii augus
tini ego de nullo illorum me est perfecto
qui perfecendo scribunt vel scribendo
perficiunt Itaque in hys principiis iuxta
sanctam magistri platonis. qui deum
dicit in rebus minimis invocandum. et
iuxta boetii documentum. quod ab deo
nullum rite fundari principium. inuo
cemus doctorem omnium et magistrum Jesum
saluatorem utrique qui est principium omni
arum. lumen omnium rationum et finis
omnium actionum sit in loquendo principium. et in
et medium. sit in et finis omnium dicendorum
Quia cum deo patre et spiritu sancto vivit et
regnat in secula seculorum amen.

Ut certo que dicenda sunt facilius com
prehendantur capitulis et titulis distinguntur

Distinctio prima docet deum esse in
centum unum sed in personis trinum

Distinctio 2a docet deum fecisse hominem
rectum. sed obliquasse per peccatum

Distinctio 3a potest occasiones ad lap
sum quibus homo inducitur ad peccandum

Distinctio 4ta docet quantum a peccato resur
gere

Distinctio 5ta potest multiplex modus gradu
tuum ad penitendum

Distinctio 6ta docet quam sit peni
tere utilissimum

Distinctio 7ma quatuor modos esse penitendi

Distinctio 8va docet quod primo est de
peccato dolendum

Distinctio 9a docet quod peccatum est confi
tendum

Distinctio 10a docet quod sit deo satisfa
ciendum

Distinctio 11a docet quomodo sit orandum

Distinctio 12a docet quomodo sit elemo
synis insistendum

Distinctio 13a docet quod sit penitentibus
ieunandum

Distinctio 14a docet quomodo sit
temptationibus resistendum

Distinctio 15a docet quomodo utilissimum
sit temptari

Distinctio 16a docet quomodo sit fortitu
dinem patientie portandum

Distinctio 17ma docet quorum exemplum
est imitandum.

Explicit prologus

Incipit tractatus de penitencia In
nomine Jhesu et virginis marie.

Incipit distinctio prima Quod deus est

Capitulum quintum

Cum esse non solum doceat divina scriptura sed etiam omnium philosophorum summorum scriptores ad probandum hoc necessaria desunt argumenta si intelligentia munda fuerunt exquisita. Porro quo accedentem ad deum credere quia deus est. Ut plus doceat quia omnium veritatum hoc fontale et radicale principium. Primo simplicem corde credendum est si omne defecerit argumentum. Deinde quod est vera fide conceptum est rationibus nutriendum. Ut patus sit vir fidelis iuxta beati petri apostoli sententiam. De fide iam corde conceptum omni posscenti reddere rationem. Quis unquam fuit sub celo plus quam non esse deum in generali credidit quam ius in specialibus aliquem erraverit. Di pagani de quibus magis videtur deum non esse credebant quare sibi tot idola fabricabant. Nonne romani omnium gentium deos habebant omnibus templa construxerant et omnibus thura offerebant tamquam qui eos in omnibus ferissent victores. Hiru id certe quia cum omnes deos venerarent et colerent qui soli deo quem iudei colebant qui solus deus et omnibus verus erat divinos honores minime offerebant. Quod ideo faciebant quia se solum coli mandabat. Quare si eum coluissent aspiruisset ut a cetis animis revocassent quod eis nepharium videbatur. Iudicabant enim illum omnino superbum deum valde cum nolit hic parem vel socium et ideo contemnebant eum. Itaque hoc nullus veritas in dubium quia iuxta doctrinam sanctam. Et mentibus hominum boni veri iterata cupiditas quinus ad falsa bona deinus error induxit. Nunquam crediderunt mundi philosophi deum esse. Apostolum audi quid sentiat. Invisibilia dei aut a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque virtus eius et divinitas quem cum agnovissent non sicut deum glorificaverunt. Creatura mundi dicitur homo eo quod cum omni creatura commune aliquid habeat. Nam omnis creatura aut hoc tantum esse ut elementa et celestia corpora aut esse et vivere ut omnia plantae et vegetabilia aut esse vivere et sentire ut omnia animalia brutaque aut esse vivere sentire et intelligere ut celestia animalia. Ecce quo homo mundi dicitur creatura eo quod habeat esse cum elementis et corporibus alius vivere cum plantis sentire cum brutis et intelligere cum angelis. Unde dicitur in matheo. Ite predicate evangelium omni creature id est hominibus soli. Propter principium quod habet cum omni creatura. Posset esse dicit quod anthonomastice sit deus homo creatura mundi eo quod sit creatura dignissima propter quem facta est omnis alia creatura que sub celo est constituta. Ab hac quoque creatura per ea quae facta sunt et nota facta natura divina. Quae philosophi varionibus varius sunt adducti ut deum esse credent et agnoscent. Ita gentes ex visibilibus deum. Primo igitur corpora quae sicut sic dum corpora cerne rent esse composita et corruptibilia esse mobilia cum crederent deum talem esse non posse cum sit principium summum et simplicissimum nec ulli mutationi esse posse subditum corpora omnia mundi tunc renderunt. Cumque ad spiritus eorum considerando ascendisset et omnes compositos et mutabiles sedum affectiones invenissent eos transeuntes pervenerunt ad premium principium in nullo compositum. Nulli variationi obnoxium sed quod immobile in se manens universa movet

Item considerauerunt q omne multiforme est reducibile ad uniforme, et notauerunt multiforme ab uniformi procedere. Quare dum oia visibilia multiformia ce viderent deum vlt oia quesierunt que uniformem esse per oia agnouerunt. Item cognouerunt q ois multitudo nullo pt suppoit unitatem a qua primo oritur et tandem ad eam reducit. Quare ubi unitas non precedit nec dualitas nec nus aliqs alius ce potest qz ex unitatibus omnis nus existit. Nullq pt esse radius sine sole. Nullq manat riuulq sine fonte. Ergo nec nus cit subtrta a suo unitate. Quare cum ceru tantam multitudinem cernent et qdam differre qne qdam spece et qdam numero differre viderent cognouerunt aliquod unu esse a quo multitudo hec processisset quem ce multitudis principiu tradiderunt et finem. Item cognouerunt q omne mobile reducit ad imobile i quo cs fundat. Nullq ei cotra scala currus imobilem rota consrie cogita. Nullq ne cotra axem imobilem roti magnitudo rotatur. Nullq si digitus moueatur imobilis manet manus. Et si manus fuit tota mota nrte est imobile brachiu p manc. Quod si brachium totu motu fuit aia per se loco non mouet sed ipa est mouens corpus. Cum ergo phi cernent oia ce mobilia vel sedm locum vl sedm tempo seuerunt per hoc unu esse imobile. Unde pmendes phus clamat q oia deus rotat sed imobilem se conseruat. Et Boecius nr dicit q deus imobilis manens dat cuncta moueri. Ite viderunt suum phi vt boecius ait q omis creature mortaliu ghus diuerso calle procedant ad unu tn beatitudinis finem nituntur peruenire. Id aut est summum bonu quod dum fuerit qs adeptus nl oino queit ultrius eo q sit i eo status oim bonoz aggregatione ptitus. Et si deinit ultrius pter hoc nil frustra platatum sit ponit i natura frustra aut appetitus hoc esset si summu bonu non esset quod desideium huiq tmiat et qre ipm ponendum est. Nam et Socrates ipse cernens hoiem puersum appetere esse bnu credensq hoc non frustra in natura ce plantati quem nl hit superfluum nec ecs diminuti simulq considerans hoiem bnu ce non posse ni summi boni participatione summu quoq bonum percipi non posse nisi a purgatissima mente cernensq mente purgari non posse ni optimis moribus omne phiam. Augustino teste traxit ad mores vt moribus emendatis i summu bonu naturaliter concipitur. Durgit oculi mentalis aspectu. Beati iquit dni mundo corde quoniam ipi deum videbunt. Nam vt ait doctor eximius augustinus mentis humane inualida acies cum celesti nequit fungitur nisi per iustitia emundetur fidei. Dicebat ei Socrates q fines hnsque sunt ad finem necessitatem ipoit. Et ideo ad tmiandu hunc beatitudinis appetitu. Plato huiq socratis maior discipulus qui ceteros alios sapia antecessit. Et Augq ont de deo tam alte sensit vt dicat deum principiu oim naturaz et finem oim actionu. Sine quo deo dicit nulla na subsistit nulla scia istruit et nulla operatio expedit. Quid hac professione nobilius. Et tn de eo maius dicitur sc q i xpm credidit. Augq rei tria sunt signa primu z qz dicit Augustinus se legisse i libris platonis totu principium euangeli Johanis usqz ad illud verbu. Et verbum caro factu z hoc ibi no erat qz ner du filius dei carne assumpserat. Tz q ipe tradiderit patet per zm signu qz legi i quibusdam hystoriis et greci hoc di

Homo non potest esse beatus nisi participatione summi boni.

runt q dum sepulchrum eius semel tactum
fuisset a prima sit. apud eius latia au
rea est inventa in qua scripta erat Cre
do in xpm Jhm qui de maria est na
tus Sed m signum est qr crisostom
exponens verbum illud apli petri q
dns predicavit hys qui in carcere erant
quod valde est expressus in greco dicit
xpm apud inferos predicasse et omns
illos ab inferis liberasse. qui si fuissent
in mundo tpe sue predicationis et eius
predicatione audissent miraculaq; vi
dissent credidissent in eum Quod si
verum est nescio tm vnum hor scio q si de
rum fuit magnum diuine fuit promum
bonitatis Dicit igit qr eri platonem
inde foras eiectum vel eductum eo q xm
apud inferos predicante plato credidit mor
in eum Et adhor experimentum tale asserunt
arridisse Quod quidam scholais dum
qdam platonica dicta pleget nec ea intel
ligere posset eo q per quasdam similitu
dines loqrentur cepit in arrore maledicere
congere quasi q sic voluit suas senten
tias tradere vt intelligere nemo posset
Cum plato apparuit dicens quid me a
mice lacerasti tum ego sum salvus et fal
licerum ex omibus primus qui in xpm c
didi apud inferos predicantem Item Aristo
tiles alter discipulus socratis nunq credi
didit deum esse Nunquid de ea prima et con
dicionibus eius non loquitur valde multa Nunq
in comparacione entis sedm q ens simpliciter
esse concludit Cum ei her duo entia rela
tiua sint quae posita se ponunt et pempta
se perimunt si est ponere ens simplicit
ergo et ee Et quid in methaphisica aliud
qrit vl inuenit nisi vt ens simplicit ee
monstret Nam et ens simpliciter sive vt
dicit plamus causa prima est subiectum
in methaphisica Item in phisicis dicit et
ad hor est demostrando aperta vt dicit
ifra q in nullo genere causarum est in infinitum
procedere Ergo sicut ponere materiam

primam exemplar primum forma primam
sic et efficiens primum Et omnia q iste to
cause conveniunt in idem principium. sc
formalis efficiens et finalis. qr causa
materialis in deo ee non potest cum
nichil in se passibilitatis habeat sz sit
simpliciter purus actus In octauo est
physicorum libro omnia q primus motor
e nobilissimus infime totius nobilita
tis. quod non eet nisi illis omno existet
vt ei addi aliquid non possit Sed quid
de eo porphirius sensit Certe qi in eo
solo esset aie beatitudo Unde et de egr
su anime ad deum composuit librum in quo
patenter ostendit sine deo aiam beatam
esse non posse Nam et alii phios pla
tonicus fuit qui dicit q tam delicata
est tamqz dulcissima visio illa diuina
tantoqz amore dignissima vt quid q
haberi possit illa sola no habita non
faciat hominem beatum sz miserum Sz et al
ter phus fuit platonicus qui dum ewa
gelium legisset iohis scribendum lrs an
teis asseruit esse et in alto debere sus
pendi vt posset ab omibus videi et legi
Certe qui alte de potentia et magnitu
dine dei nostri senserunt paucam phi
quoq pauros hos posui qr preteris st
famosi Nam et ipse plato cum sum me
moriam feci. qr librum genesym plegisz
et ferisset si in egypcum descendisset
vt multi crediunt vbi moyses dicit.
In principio creauit deus celum et tram
ipse sic ait In principio fecit deus tram
et ignem. ponens ignem p celo eo q sua
opinio fuit super celestia corpora ig
nea ee in natura Sed ad nrm bocium
veniamus et ad nrm ybandum intentu
ipius deducent argumentum in medium sol
da veritate firmatum Nam eo. s. bocio
exclamate q deus orbem stellifer
condidisset et perpetuo residens solio ce
lum rapido cursu moueat legemqz stol
lis dedisset qua preire non possent et
q prudencia sua oia gubernaret sed

nimiu deplorante quia si solos artis
hominu non curaret eo q peruersi
alios solos residentes iustos vbiq de
pimentur ner esset aliqs opem ferens
philozophia a boecio requsiuit si mu
dum huic casu crederet regi an vllu
ci regimen rationis iesse putaret. Cui
Boecius Hey absit hoc prul vt credo
temeitate fortuita mundum regi. sed
operi suo psidet deum sno ner vnq
dies fuit qui me ab hac sue veitate
depulcit. Hec i primo libro. Et addit
i 2o. mundum a deo regi nuq dubita
dum putauico q ex patribus tam diu
sis omnino q contrarus i vna forma
mume conuenisset ni vnus fuisset qui
tam contraria sociasset. Communitas vo
narum ipa diuersitas disiozs mutue
sonetatem infringet ar oino diuellet
ni eet vnus qui quod neruit continet
Ner tam certus ordo natue prederet
ner motus tam ordinatos. locus tpibz
spatis et efficiencia explicaret nisi eet
vnus qui has mutationu vaietates.
manes ipse i vaiabilis disponet. Hoc igi
quid quid est quo oia fta sunt et con
dita et manent vsitato vocabulo deum
nomiu. Nam deum ait existere q est oi
um fons bonoz negni non potest. Na
esse quod i pfm esse dicit ex copatione
pfecti ad impfectum esse phibetur. Nze
necesse est vt si i quolibz reu genere
est pone aliquod impfm et aliqd per
fm i eodem nete est ineire. qz pfectioe
sublata non est fingere vt dicitur im
pfm aliquid. eo q pempto vno relatio
netio perimitur et alteru. Ded constat
q est quedam impfta et fragilis bom
i mudo felicitas. ergo ponere aliqua et
solidam et pfam dubitai non pt que i
solo deo primo sumoq principio inuenitur
qui non aliud ipe et aliud felicitas e
eo q i sume simplici sit oino idem habes
et quod hetur. Hec boecius longe diffu
sius dicit. Nunt ad rationes aliqs veia

Nam deum esse clamat oia scptia. cla
mat oia vox humana. et omnis breuit
creatura. eo q oia creatura tam celestis
q terrena tam spualis q corporea est ex
diuersis compoita. pter sola coponen
tia prima. sicut e matria et forma. q et
si non sunt ex diuersis compoita. ad
copositionem tu sunt ordinata. ita vt
a compositoe negant ee separa. qz nr
sine matria forma ner sine forma ma
dosq pt esse qz sunt eoz q dicit ad
aliquid vt phus dicit. qz citu est q
nlla creatura e a compositoe remota
ner simplissima quare nr simplicit
prima qz omne copositum e posteriue co
ponentibus saltem natura et oia copone
tia nete est copoita ee pora. Ergo si
matria et forma prima rerum principia vbiz
inueniuntur compoita. ner seipa fiunt
q ponenia. qz hoc pinet ad eam causa
q est efficiens appellata. restat ponere
efficiens primu oino simplicissimu in
nullo gne contetu oimq principiu. Qz
si forte tu dicas semp ista principia fuisse
coniuncta. et io nlla fuit indigencia co
ponentis actiui. quero quis nuo tam
multa q ponat pius non compoita neq
fta quis ecs celum moueat cum oe quod
mouetur ab alio moueat. Di dicas q
virtus natue. quo de illa virtute an ipa
sit fta. an omino non fta. sz existat
etna. Si non fta est et etna go infinita
e et imensa qz ome etnu est infinitu.
et hanc dicimq ee deum. Si aut est fta
quo a q sit fta. qz no z a seipa ex q
nulla sibi ee det. qz sic esset qn no eet
quod z i possile. Ergo vl est i infinitu
predere quod simplicit est i possibile. vl
est i hac virtute prima stare. Item virtus
hec infinita non pt ee virtus alicui
rei finite. qz substancie finite virtus in
finita ee non pt. Ergo cum celum sit
finitu sedm pfm. nmo sedm etu ex pei
metu cu no sit vbiq et moueat

continue virtus in deum virtus celi esse non
pt. Quo multo fortius nec alicuius creature
re tum celum contineat. omia et omne
continens sit maius oi suo contento.
Ergo hec suma virtus est a rebus oibus
separata. et ita intra q extra et ita infra
q supra continens oia non contenta. Ipsa
ista virtus non est accidens qz sic ab
alio dependet et per se stare no possz
nec infinita eet quia nec subiectum excedet
nec ecs esset qz omne accidens a suo subiecto
est tum ei adueniat et ex substantia
principij sit causatum nec viueret nec
intelligeret qz tm substarum nobilium istud z
Ergo hec virtus substantia e sz non sub
stantia prima. qz talis e ito positissima et
est finita et certis spatijs coartata ar
tortu preoi subposita. Nec z substantia
2a qz tlis est ito completa et veit ad com
posicione tum differencia et dependet a
substancia prima qz vt philus dicit des
tructis substancijs primis impossibile est
aliquod alioz remanere. et est composi
tu ex ma z et forma q sunt duo fnis
principia. Nec est sba ma z nec e sba for
ma cum sint a se mutuo dependencia
Ergo est sba extra genus omnino ab
solutissima. qz simplicissima. Item vtq
ipa iam dicta no pt esse virtus celi nr
altius prius mundi. qz virtus tlis esset
nalis tum substancie nalis omis virtus
sit eius sit naturalis. Virtus aut nalis
trn ad vnu se habeat nec diuersa effi
ciat qz idem oino similiter se hns semp
est natum facere idem. sicut no potest sigio
obscurare. nec adamas ferrum expellere
nec aqua per se calefieri. Ergo virtus
illa est est voluntaria potens omnia
potens et i oia contraria. Nec pt ee
alicuq rei creare qz non prima esset nr
suma ee posset et mutabilis essz. Sgi z
virtus 1a est etna est infinita est pia

et simplicissima. est intelligens z dua
substancia agens p voluto omnia qz
nec ad aliquid est arctata. Item p
Hocrius dicit deum esse summum bonum
quo melius excogitari no pt cominus
est concepto aiorum. Hoc credit no
solum xpiani sed et iudei ac sar
racenii omis qz pagani. Nulla fuit gra
ppus ydola adorauerit quie deum sum
non credet potentissimum summum bo m
Quis nisi amens p sua salute
illi supplicaret quem scire et posse
iuuare non credet. Itaqz hns ita sup
positis talis predatur. Virtus illa
oim rerum causa de qua sup dictum z
aut est corporalis aut spualis. sed
no est corporalis. qz si esset corpora
lis. suma no esset nec esset qua a oz
excogitari non posset qz maior qua
corporalis est virtus spualis et ma
gis nobilis qz virtus est voluntatis
Preterea si esset corporalis no pos
set producere res viuentes nr sentien
tes nec intelligentes qz iuxta sententia
phi et ecs augustinum et est insuper p
se notum omne agens prestantius
est patiente. Nec min q est per se no
tum et est suma virtus qz q ois suba
uiuens est nobilior qualiscuqz substan
cia non viuente. Ergo cum omis vtq
corporalis ignobilior sit spuali nulla
virtus corporalis rem posset producere
spualem. Nam et si dicat celum esse
causam gnanois oim. sicut in pluribus
locis ponit philus. hoc dicit respectu
corporum tm. qz sicut Augq dicit
ad solas differencias corporum valet
afflatus sydereus. Et si intelligat celi
qm ad aias viram dantes. hoc eit
ratione motuis sup celum influentis
qui est intelligentia plena formis. Er
go manifestum est ex pdictis p virtus
illa nobilis i fine totius nobilitatis

esse non pt vel itelligi tot poalis ergo
est spualis sedm diuisionem pmissam
Dz si spualis aut est vitus aie aut
itelligenie aut substanie sume a re
bus omibus separa Sed no est vt
aie vl angeli qz ois vitus tlis est
per tpa variabilis et e artata qua
sbe indiuidualis quare nulla talis
est qua nulla maior excogitari pos
sit Ergo a diuisione conseqt q vi
tus illa intelligenda est suma ad nichl
artata sz potens oia et influens
super oia Ter est aliquod enciium
sed est super omia encia et e super
ipm esse entis Item suppono hic tria
que sunt omibus itelligentibus per
se nota Primu est q i possibile e infi
nitum ptrisire qua quod ptransiit
pt infinitu non est Tm est q in
finito non pt aliquid addi qz ome
illud finitu est cui vl aliquod modi
tu addi pt Tm est qz infinito no
pt esse maius qz si aliquod maius eet
vel esse posset finitu nchil esset Ins
tnqz suppoiis iaqz per se notis ita
predicur Di mundus etnus eet nec
efficiens principiu habuisz et costat
q mundus non fuit sine diebus ac
noctibus quo si hunc diem i quo nc
sumus dies pcessiint infiniti Di non
qo nchil dare est aliq primu diem et
nchil mundum icepisse qm niqz exti
tit sine die Di aut dies infiniti huc
diem pcesserunt cum uerta suppositioz
infinita ptrasire sit i possibile i pos
sibile fuit pueire ad hunc die pnitem
sz pueniri est qo infiniti dies no pces
serunt hunc diem et mudu per con
seqs necessariu sit icepisse Item si
iuxta suppositionem pmissam i finito
non pt aliquid addi qo si huc diem
infiniti pcessissent dies nullus vltiq
illis posset addi dies sz dies addi
diei qo illi no sunt infiniti Ra et
nus quia quia semper ibi addi aliq
pt nuqz actu pt esse n finitus Nam
et ex hac diffinicione dicit infinitus
Nichil ei pt infiniti ee cuq ptes sui
finite quae vt dicit phus omnes
ptes infinite sunt nchil qz ee finitis
nichil fiei n finiti potest Aduare
cum ptes simul et tpis non possint
esse nisi finite i possile est oino esse
tpis vl num infiniti Ergo cu dies
sint nuabiles esse nequint infiniti
cum ps tpis sint dies et noctes q fi
nite sunt i possibile est tempq ee infi
niti Item si sedm suppositionem tertia
infinito no potest esse aliquod maius
nullus maior est numerq qz nus diez
dato q dies pcesserit i finiti sz maior
est numerq noctium et diecium a oz
adhuc nus quadracu maior adhuc
nus horaru maior adhuc nus punc
toru a oz adhuc nus mometo z a oz
adhuc nus vncia z et maior adhuc
valde nus athomoz qz ois dies cum
nocte hi qoz quadrates ois quadras
sex horas ois hora quatuor puncta ois
punctus decem momta omne mo
mentu duodecim vncias et ois vnc
ia quadraginta septe athomos Ergo
cum oia ista sint plura qz dies i possi
bile est oino i finitos dies pcessisse huc
diem Ergo est nchil dare primu die
et sic necessario mudu huc icepisse
et non a se qz hoc est i possibile mani
festum i plicans contradictione quia
si sibi esse daret sic eet qn adhuc no
eet Ergo est pone aliquod oino no
frm ne i crusis predat infiniti qd
simplicit est etnu et solu ex oibus
i finitu cui aliqd addi non pt eo q
sit quo melius cogitai no pt Ite pt
obiri de reuolucionib celi cu omni
die i xxiiii horis reuoluat reuoluti
one pfecta et idem de reuolucoibus

solis et lune quia p una revolutione solis
sunt xv^ti revolutiones lune · et idem
i revolutionibus saturni et jovis Sa
turnus i triginta annis, et Jupiter
i duodecim revolutur revolutione
